

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Ioan.Bugēhagius D.Pastor ecclesiae Vuitebergensis,& caeteri

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

**Testimonium Aegidij Carstorf.**

Friburgensis.

Vt in am multæ Ecclesiæ habere tales pastores possint, qualis est hic Aegidius Friburgensis, magna pietate morum & doctrina instructus. Quare gaudemus cum in hac vicinia præfici Ecclesiæ Nimeensi, in qua & antea pie & fideliter docuit Euangelium Christi. Explorari eius doctrinam non erat opus: sed tamen cum eo disputauimus, & iudicamus idoneum esse ad gubernationem Ecclesiæ: eumque ipsi qui ipsum promouere possunt, commendamus.

Caspar Cruciger D.

Philippus Melanchthon.

**Ioan. Bugéhagius D. Pastor ecclesiæ**

Vuitebergen sis, & cæteri.

Literas ad nos attulit N.N. que testabantur, eum honestis & pijs moribus præditum esse, & ad munus docendi Euangelium N.uocatum. Cum autem rogati essemus, ut explorata eius eruditione, adderemus publicam ordinationem, diligenter eum audiuiimus: & cōperimus eum recte tenere summā Christiane pietatis, & amplecti puram Euangelię doctrinam, quam Ecclesia nostra uno spiritu et una uoce cum Catholica Ecclesia Christi profutetur: ac à fanaticis opinionibus, damnatis iudicio catholice

lice & Apostolice Ecclesie Christi, abhorrente.  
 Promisit etiam hic N. in doctrina constantia, & in  
 officio fidem & diligentiam. Quare ei iuxta doctrinam  
 Apostolorum, publica ordinatione commendatum est ministerium docendi Euangelium, et sacra  
 menta a Christo instituta administrandi, iuxta uocacionem. Cumq[ue] scriptum sit de filio Dei, Ascendit,  
 dedit dona hominibus, Prophetas, Apostolos, pasto  
 res & doctores: precamur ardentibus uotis, ut sue  
 Ecclesie gubernatores det idoneos & salutares: ac  
 efficiat, ut huius iam ordinati ministerium sit effi-  
 cax & salutare. Ipsum etiam N. & suam Ecclesiam  
 hortamus, ut curet Euangeliu[m] Dei pure & fideliter  
 conservari & propagari. Nam hoc officio Deus  
 praecepit se coli postulat, sicut inquit Christus: In  
 hoc glorificatur pater meus, ut fructum copiosum  
 feratis, et siatis mei discipuli. Et hac luce retenta manet Ecclesia, & aderit in ea Ecclesia Deus, dabit ui-  
 tam eternam inuocantibus ipsum, & optulabitur  
 in eternis huius uite. Ibi enim adest & exaudit  
 Deus, ubi ipsius Euangeliu[m] uerba sonat, sicut scri-  
 ptum est Ioannis 15. Si manseritis in me, & uerba  
 mea in uobis manserint, quicquid uolueritis, & pe-  
 tetis, fiet uobis. Date Vitenberge, &c.

S. D. lecturis has literas.

Hic peregrinus Gutbertus Hugonius, modestus  
 apud